

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 1876

**Auteur(s) :** Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1128, novembre

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri Ier, roi d'Angleterre, confirme les biens de l'abbaye Saint-Évroult.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Lexoviensis, n° III, col. 204-210.

Texte établi d'après a

H. Dei gratia rex Anglorum et dux Normanniæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, justitiaris et omnibus ballivis suis, salutem. Noverit universitas vestra me ad petitionem dilectorum et fidelium meorum Roberti de Grentemaisnil et Roberti de sancto Serenico dicti Geroiani concessisse, et hac præsenti charta mea confirmasse Garino abbatii et monachis sancti Ebrulfi, omnes libertates, ecclesias, decimas, redditus, homines et terras quas, tam ipsi et fideles sui clericii et laïci, quam etiam progenitores eorum Hugo et Robertus de Grentemaisnil, et Willelmus Geroianns de sancto Serenico, concedentibus et condonantibus filiis suis et fratribus, prædicto monasterio donaverunt temporibus Willelmi patris mei illustris regis Angliae et ducis Normanniæ, et meis ; ipso etiam concedente et confirmante. In quibus hæc propriis exprimenda duxi vocabulis : Electionem videlicet abbatis ejusdem monasterii cum consilio fratrum tantummodo in perpetuum fieri concedo, salva tamen regularis disciplinæ ratione, id est, ut non amicitiaæ, aut consanguinitatis, aut certæ pecuniæ amor eligentium vota corrumpat. Concedo præterea et confirmo eisdem abbatii et omnibus monachis sancti Ebrulfi, quittantium passagii, et telonei, et totius consuetudinis de omni victu suo et vestitu, et de omnibus rebus quæ poterunt affidari esse proprias eorum, vel famulorum suorum, qui de proprio pane eorum vivunt, in omnibus dominiis meis per totam Angliam et Normanniam, et maxime in portibus maris, et in forestis meis, videlicet de Goffer, et de Molins, et de Maheru, de Leons, et de Auwi, quittantium pasnagi, herbagii omnibus porcis suis per totas prædictas forestas, et calflagium in eisdem forestis sine liberatione, et herbergagium per forestariorum liberationem eisdem monachis apud Molins, et apud Nor. et apud Nog. super Andell. et apud Alfay manentibus. Concedo etiam eis et confirmo totam villam de Cueleio, cum ecclesia et omnibus pertinentiis ejus, de donis sæpe dictorum Roberti et Hugonis de Grentemaisnil, quæ est feodum unius loricæ, et aliud feodum loricæ de dono Willelmi Geroiani, quod est inter Tolchetam et villam quæ Villaris dicitur, et appellatur Bauchenchaium, de feodo de Mosterol, de quibus prædictus Willelmus pater meus, cum assensu et voluntate Theoderici abbatis ejusdem loci primi post tempora sancti Ebrulfi, et prædictorum Roberti et Hugonis de Grentemaisnil, et dicti Willelmi Geroiani avunculi eorum prædictæ abbatiae fundatorum, baroniam unam constituit ad servitium suum et heredum

suorum faciendum in exercitibus et aliis negotiis suis per totam Normanniam, ita tamen quod Ric. de Cueleio et Baldricus filius Nicholai milites, quibus memoratus abbas Theodericus illa duo feoda loricarum in hereditatem de se tenenda donavit, cum assensu dicti W. patris mei, servitium illud facere tenebuntur quisque pro feodo suo, cum equis et armis, et cum expensis suis, et heredes eorum, quando abbas S. Ebrulfi a me submonitus fuerit, et ipsi ab abbate, et habebunt rationabiles tallias pro exercitibus et aliis negotiis meis in Normannia concessas. Si vero de servitio illo defecerint, et abbas submonitionem suam adversus eos probare poterit, in eorum corpora et catalla a me et successoribus meis capietur emenda, et abbas relevamenta et placita habebit, et alia jura quæ habent barones Normanniæ in feodis loricarum suarum. Concedo etiam et confirmo de donis patris mei et meis unum vavassorem apud Puppevillam reddentem viginti solidos usualis monetæ, et in Anglia ecclesiam de Nettehan cum omnibus pertinentiis suis, et totam villam quæ vocatur Rauulle, cum omnibus pertinentiis suis, et omnes libertates et quittantias quas habent in terris suis ceteri barones mei in Anglia et Normannia, per totas eleemosynas suas quas habent modo vel habituri sunt. Concedo etiam et firmiter præcipio ne de aliquibus tenementis suis quæ modo habent vel habituri sunt coram aliquo seculari judice ponantur in placitum, nisi tantummodo in curia mea. Possessiones vero quas Robertus et Hugo de Grentemaisnil, et Willelmus de sancto Serenico, et fratres ejus ac filii, et ceteri fideles christiani temporibus patris mei et meis de rebus hereditariis suis prædicto monasterio donaverunt vel donaturi sunt, has ego auctoritatis meæ privilegio firmas et inconcussas esse præcipio, ut si quis ex adverso veniens ad dampnum prefati monasterii grande aut parvum aliquid machinari temptaverit, et mei hujus privilegii chartulam violare præsumpserit, noscat se meæ reum esse majestatis, et omne patrimonium suum rebus meis dominicis ascribi debere. Ecclesias itaque, decimas, redditus, homines et terras quas concedo et confirmo prædicto monasterio ad petitionem prædictorum baronum meorum, et fidelium suorum clericorum et laicorum, ad majorem certitudinem veritatis hac præsenti charta mea nominibus propriis inserendas mandavi : ecclesiam videlicet de Nuceto cum omnibus decimis suis, et manerium prope eam cum hominibus et terris, aliisque pertinentiis suis, habendum et tenendum per monachos sive per firmarios, prout sibi melius viderint expedire. Pasturam quoque animalibus de carrucis monachorum seu firmariorum prædicti manerii in omnibus herbagiis domini de Grentemaisnil, et totam decimam de omni victu et potu ipsius qui ad eamdem villam, vel ad Grentemaisnil, vel ad castrum ejusdem venerit, vel quotiescumque ibi morabitur, et medietatem totius feriæ de Nuceto et dominicatum ipsius in festivitate sancti Egidii, et capellam sanctæ Trinitatis de castro de Grentemaisnil, in qua presbyter de Nuceto ministrabit et deserviet, et ejus oblationes habebit et obventiones, et quittantiam herbagii et pasnagii monachis et omnibus hominibus famulis vel firmariis in prædicto manerio residentibus, et plenam decimam de bosco de Grentemaisnil, de venditione videlicet, et herbagio, et haratio, et venatione, et de omnibus fructibus et obventionibus, quæ ex eo poterunt provenire ; et totam decimam bidentium, arietum, et castratorum, et denariorum qui habentur de herbagio per totum feodum de Grentemaisnil, et de omnibus redditibus de Nuceto, et de Grentemaisnil, et de castro, de censibus, præpositoris, servitiis et omnibus obventionibus, et exitibus qui modo in eisdem villis sunt et pertinentiis earum, qui in futuris temporibus poterunt provenire, et totam decimam fori domini de Grentemaisnil. Apud Chevillam duas acras prati, ecclesiam de Grentemaisnil cum tota decima ejusdem villæ, et aliis pertinentiis suis ; et totam terram presbyteri, et quoddam aliud tenementum, et sex masuras tangentes cimeterium ejusdem villæ. Anglicam villam cum ecclesia, et decimis, et terris, et aliis pertinentiis suis. Villam quæ Solengiacus dicitur, cum ecclesia et decimis, et manerio et hominibus, et terris, et aliis pertinentiis suis. In Olleio Tesronis ecclesiam cum decimis suis, et omni beneficio quod tenuit Tescelinus clericus, et decimam molendinorum ejusdem villæ, quæ habebunt moltam de Solengeio, donec abbas sancti Ebrulfi possit habere molendinum apud Solengiacum. Ecclesiam de Lovigneio cum omnibus decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, et duos vavassores, et quatuor acras terræ, et duas acras prati in magnis pratis, et totam decimam molendinorum et furnorum, qui modo in eadem villa et pertinentiis suis sunt, vel de novo fient, et plenariam decimam de omnibus censibus, et firmis, et præpositoris, et servitiis, et de regardis, et herbagiis, et punctionibus, et de omnibus exitibus et obventionibus, et de omnibus crementis et emendationibus, quæ in eadem villa et in pertinentiis suis poterunt provenire. Apud Saceium duas partes totius decimæ feodi de Grentemaisnil, ecclesiam de Montcalvet cum omnibus decimis bladi et telonei ejusdem villæ, et totam decimam de censibus, et præpositura, et nundinis, et punctionibus, et de aliis redditibus quibuslibet, atque servitiis, quæ modo in eadem villa et pertinentiis suis sunt vel esse poterunt, et totam decimam molendini, et de parco, et de forestis ejusdem villæ, de venditione videlicet, et pasnagio, et herbagio, et haratio, et venatione, et de omnibus fructibus, et obventionibus, et crementis, quæ ex eis et in eis poterunt provenire, etiamsi ad agriculturam redactæ fuerint, et in eadem villa unam carrucatam terræ, quam dedit Robertus de Grentemaisnil in die dedicationis sancti Ebrulfi. Ecclesiam sancti Petri inter Montes, cum omnibus decimis, et feria, et terris, aliisque pertinentiis suis. Apud Barou duas partes decimæ totius feodi de Grentemaisnil. Apud

Abbayillam duas partes totius decimæ vavassorum, Ernaldi de Corlibof, et domini de valle Loiarum, excepto feodo uno. In feodo Landonis et in feodo domini de Barou, quod ad Grentemaisnil pertinet, duas partes totius decimæ. Apud Murchenc et in tota parochia de Mosterol duas partes totius decimæ feodi de Grentemaisnil. Apud Olivet totam decimam molendui. Apud Chesneium et in tota parochia de Mesnil Renuart duas partes totius decimæ feodi de Grentemaisnil. Apud Belmesium totam decimam magni molendini. Ecclesiam sancti Gervasii de Purveleio cum capella sancti Blasii, et decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Gervasii de Chatefaveril cum dimidia decima. Apud Gaipre et Buignam, et apud Colunces duas partes totius decimæ feodi de Grentemaisnil, et tota decima molendini de Buigna. Apud Montabal totam ecclesiam cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Apud Vilars-le-Cales quasdam terras et homines in ipsis manentes. Apud O. ecclesiam cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, et homines plures et decimam molendini ejusdem villæ. Apud Foge ecclesiam cum pertinentiis suis, et decimam haïæ ejusdem villæ, de venditione, et pasnagio, et venatione, et de omnibus fructibus, et obventionibus quæ ex ea et in ea poterunt provenire, etiam si ad agriculturam redacta fuerint. Ecclesiam de Noer Mainart cum omnibus decimis suis, ipsam quoque villam cum omnibus pertinentiis suis. Villam quæ vetus Maisnil dicitur, cum omnibus pertinentiis suis. Apud boscum Roberti ecclesiam cum omnibus decimis suis et pertinentiis suis et ibidem quasdam terras. Ecclesiam de Linbof cum tota decima feodi de Grentemaisnil. Villas quæ Maisnil-Bernart et Tanesia dicuntur, cum terris et hominibus, aliisque pertinentiis suis, et decimis earum, et in parochia sancti Martini le Hugon, quandam vavassoriam, quæ Mesnil-Dode dicitur. De donis vero Willelmi Geroiani et successorum ejus, atque fidelium hominum suorum clericorum et laicorum, petente Roberto Geroiano, concedo et confirmo prædicto monasterio in puram, liberam et quietam eleemosynam ecclesiam sancti Andreæ de Escalfo cum quatuor capellis suis, de sancta Maria, de sancto Laurentio, de sancto Martino, et de sancto Germano cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, et decimam totius præposituræ, et omnium exituum, et reddituum, qui modo sunt, vel qui provenire ex eadem villa poterunt, et pertinentiis suis, decimam quoque totius forestæ ejusdem villæ, de omnibus pasnagiis, de tota venditione, venatione, haratio et herbagio, et de omnibus fructibus, et eventibus qui sunt, vel ex ea provenire poterunt, etiam si ad cultum venerit, et herbagium, et pasnagium ad porcos, et ad alia animalia monachorum in eadem foresta. Ipsam quoque forestam ad usum suum, et domorum et ecclesiarum eorum ædificationem, et manerii de Veterii Mesnilio, ad necessaria omnia, de vivo scilicet bosco, absque omni liberatione forestariorum et contradictione alicujus. Apud sanctum Andream vavassoriam unam cum pertinentiis suis, cum feodo de Rocheio et de Nigra aqua. Apud Susseriam vavassoriam unam cum pertinentiis suis, et vavassoriam de Doito Moessu cum omnibus pertinentiis suis, et decimam molendini de Alneto et molendini de Logis. Apud Velmesnil et alibi in parochia sancti Andreæ pluris hospites. Apud Belfai duas partes quarumdam decimarum et hospitem unum. Ecclesiam S. Petri de Nidis cum decimis, terris aliisque pertinentiis suis. Apud sanctum Serenicum ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis habendam in proprios usus, et decimam annonæ, et vinearum, lini, canabi, et leguminum, et omnium molendinorum, quæ modo sunt vel esse poterunt in eadem villa, et omnium reddituum, qui sunt vel qui provenire ex eadem villa poterunt, de furnis, de foro et teloneo habendam unaquaque hebdomada in die Dominico monachis ibidem commorantibus vel famulis suis, et punctionem in aqua, quantum durat terra monachorum ex utraque parte aquæ, ad placitum suum et manerium suum juxta ecclesiam, cum vineis, et terris, et pratis aliisque pertinentiis suis. Apud Raddum, de concessione et assensu comitis Willelmi, ecclesiam cum decimis, et aliis pertinentiis suis, et terras, et homines plures in eadem villa. Ecclesiam de Alta-ripa cum decimis, et manerio, et terris, et pratis, aliisque pertinentiis suis. Ecclesiam de Bauquech cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, et decimis molendini, et dominicatum totius ejusdem villæ. Apud sanctum Nicolaum ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis, et dominicatum ejusdem villæ, et feriam unam in festo sancti Nicolai. Apud S. Martinum le Hugon ecclesiam cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, et decimam molendini ejusdem villæ, maneriumque de Tileia, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Sappo Andreæ cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, decimam quoque molendini ejusdem villæ. In parochia S. Germani de Alneio duas partes decimæ totius feodi Croc et Roberti de Mesnil-Rainart. Ecclesiam de Ternant cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, et medietatem molendini ejusdem villæ. Ecclesiam de Mornaio cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Ecclesiam de Essart cum decimis, et terris, et aliis pertinentiis suis, et ibidem vavassoriam unam. Ecclesias sancti Pauli et sanctæ Mariæ de Vernutiis, cum manerio, et decimis, et terris, et aliis pertinentiis suis, et eorum molendinis ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis suis. Capellam quoque de bosco Huberti cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Ecclesiam de Augerum cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Ecclesiam de Mosterol cum decimis bladi, et præposituræ, furnosque ejusdem villæ, et terras, et homines plures in eadem villa, et decimam omnium reddituum, qui modo sunt, vel qui in omnibus exitibus et redditibus ejusdem villæ poterunt provenire. Ecclesiam sancti Laurentii de Chesneduit cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Ecclesiam de Gulafuria cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Ecclesiam S. Leodegarii de Revilla cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Apud villam Pelée duas partes decimæ ejusdem villæ. Ecclesias de Magno-Sapo cum decimis, et terris, et aliis pertinentiis suis, et decimam stallorum, et totius præposituræ, et omnium exitum et reddituum, qui modo in eadem villa sunt vel esse poterunt, et in eadem villa terras, et homines plures, et decimam molendini de Novilla. Ad petitionem dilecti mei Ranulfi comitis Cestrensis, concedo et confirmo eisdem

monachis ecclesiam de Bifeclt cum omnibus pertinentiis suis, et unam carrucatam terræ. In parva Pilardeutona, unam hidam terræ, et decimam de Brichella, et ibidem unum rusticum, et decimam de Sanleia in Bochingeham sita. Villam quæ Cherchebeia dicitur, cum duabus ecclesiis ad eamdem villam pertinentibus, de donis Roberti de Roëlento, et ecclesiam de Damblenvilla cum omnibus pertinentiis ejus, et decimam molendini ejusdem villæ. Apud Merstonam ecclesiam cum tota decima et octo hospitibus, et ibidem duas carrucatas terræ. Apud Cestram ecclesiam sancti Petri de Mercato, et tres burgenses. Apud Stantonam totam decimam garbarum, agnorum et porcorum, decimam quoque de Forefort et Oxecundæ, et decimam Brisardi de Lindissi, cum decima terræ Rogerii de Millaio. Ecclesiam de Croissilla cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam quoque de Orgeris cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Tolqueta cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Petri de Tarentana cum omnibus pertinentiis suis, de dono Goit. Concedo etiam et confirmo eisdem monachis, ad petitionem dilecti et fidelis mei Willelmi Pautol, prioratum sancti Petri de Nor. cum manerio, et nemore, et plesseiceto, et hominibus, et terris, et pratis, aliisque pertinentiis suis, et ecclesiam sancti Cyrici cum decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, et medietatem molendini ejusdem villæ, cum molta, et totum molendinum de Helmet. Apud Auberyle-Pautol duas partes decimæ de feodo ejusdem Willelmi, et unam vavassoriam ad fossas. Ecclesiam de Flinevilla cum omnibus decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis, et in eadem villa unum hospitem. In Anglia manerium quod dicitur Braitona, et totum molendinum, et ecclesiam ejusdem villæ cum capellis suis, et omnibus decimis, et hominibus et terris, aliisque pertinentiis suis. Apud Estoui, de donis domini de Coluncis, ecclesias duas ejusdem villæ ; scilicet ecclesiam sancti Martini et sancti Georgii, et consentiente et petente Roberto de Corceio, et totam decimam molendini de Roureio, quod ad dominum de Coluncis pertinet. Item de donis Ernaudi Geroiani totam terram, quæ est inter Tolchetam et Carentonam, quæ est de feodo Escalfoii, quam dedit Theodericus abbas Baldrico filio Nicholai tenendam de se per servitium unum vavassoris, quotiens habere voluerit, cum nemore Baldrici, et medietate molendinorum sancti Ebrulfi, excepta molta quæ est ultra Carentonam in feodo Britolii, et molta septem hominum, quos quidam milites tenent de abbate in villa sancti Ebrulfi. Et de donis Willelmi de Molins et Alberedæ uxoris ejus et fidelium suorum ecclesiam sancti Laurentii cum manerio, et hominibus, et terris, et pratis, aliisque pertinentiis suis, et in forestis de Molins, et de Maheru, et de Bomnolins, et in Brolio calfagium monachis apud S. Laurentium morantibus, de mortuo bosco, et de branchiis, et de falcatis arboribus, sine forestariorum liberatione, et herbergagium de vivo bosco per forestariorum liberationem sine omni contradictione, et quicquidem pasnagii et unam fagum ad Nat..... Domini.... Habent milites de feodo de Molins et ecclesiam B. Mariae de Bomnolins cum omnibus pertinentiis suis, et decimam molendinorum et furnorum ejusdem villæ, ecclesiam de Maheru cum omnibus pertinentiis suis, et virgulto, et terra presbyteri, et cultura una quatuor acriarum prope crucem bussatam et decimam omnium molendinorum ejusdem villæ, et decimam panis domini de Falandriis, et domini de S. Aniano monachis de Molins, et unam carriam de feno in pratis Domini de sancto Aniano, et totam decimam totius nemoris de Falandriis, de pasnagio, et venatione, et de agricultura, si qua fuerit in eo facta, et in parochia de Maheru terras et homines plures ad monachos de Molins pertinentes. Apud sanctum Aquilinum duas partes totius decimæ feodi Hairon domini de Grimoneria, et in parochia de Ferreria duas partes totius decimæ de feodo ejusdem Hairon, et totius feodi Hugonis de Ferreria, et Willelmi de sancta Columba, et domini de Val-Ferman, quod est juxta dumum Harcheng. et totius feodi forestariorum, quod habent apud Augesiam. Et in parochia sancti Hilarii quasdam decimas et homines plures. Ecclesias de sancta Columba et de Gaubrige cum omnibus pertinentiis suis, et terras, et homines plures, et de donis dominorum de Aspris et Hugonis de Ferreria totum molendinum Heroldi, cum tota villa quæ Herolderia dicitur, et pertinentiis suis, et tota molta domini de Grimoneria, et Hugonis de Ferreria, et Willelmi et Gisleberti de Aspris, tam de dominiis quam de omnibus hominibus suis. Item apud Bomnolins duos hospites juxta ecclesiam, et medietatem decimæ molendini de Sarta. Concedo præterea et confirmo ut omnes homines, quos abbas et monachi sancti Ebrulfi habent, vel habituri sunt, in villis de Molins, et de Bomnolins, et in tota ballia de Molins, liberi sint et quieti ab omnibus consuetudinibus, et teloneis, talliis et auxiliis, caragiis, muragiis, fosacis, avenagiis et guardis, et omnibus aliis terrenis distinctionibus ad me et ad dominos de Molins et de Bomnolins et homines suos pertinentibus. Volo etiam et firmiter præcipio ut dicti abbas et monachi in eisdem hominibus et in omnibus terris suis in eadem ballia habeant quidquid in eis ego et domini de Molins habebamus in omnibus rebus et exitibus et obventionibus, exceptis placitis de Spata. In parochia de Planteit quasdam decimas et terras, et unum pratum. In parochia de Villers prope Balchench. quasdam decimas. In foresta de Conch. quicquidem ad centum porcos conventus sancti Ebrulfi, et ad omnes porcos manerii sui de Garnenvilla de omni pasnagio, quam ipsis donavit in præsentia mea Rad. de Toëneio ; et in forestis de Scopis, de Blavio, de Persegna, et de Bursa, et de Almanesch. et de Gofer, et de Mont-Gomeri quicquidem totius pasnagii ad omnes porcos sancti Ebrulfi, et manerii sui de Alta-ripa, et calfagium, et herbagium monachis et aliis hominibus in prædicto manorio residentibus, et

quitantias in prædictis forestis, et consuetudines omnibus hominibus suis de sancto Martino, et parochia ejus, tales quales in eis habent burgenses de Alta-ripa, et sexaginta solidos ad luminaria sancti Ebrulfi in feria de Alenchon in Quadragesima percipiendos, et quittantiam passagii, et telonei, et totius consuetudinis de omni victu et vestitu monachorum sancti Ebrulfi, et de omnibus rebus quas affidari poterunt esse proprias eorum, vel famulorum suorum, qui proprio eorum pane vivunt, per totam terram Willelmi comitis Pontivii, quas eis in præsentia mea donavit. Decimam quoque duorum molendinorum de Genevria de donis dominorum ejusdem villæ, et totam ecclesiam de Neaffa cum omnibus decimis, et terris, aliisque pertinentiis suis. Ecclesias quoque de sancta Eugenia et de Mesdavi, cum capella sanctæ Mariæ de Tiron cum omnibus pertinentiis earum de donis dominorum de Mesdavi. Hanc autem donationis et confirmationis meæ chartam, ego Henricus, Dei gratia rex Angliæ et dux Normanniæ, scribi feci, et sigillo meo muniri in generali colloquio meo, quod habui apud Rothomagum cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus et baronibus, aliisque fidelibus meis Angliæ et Normanniæ, quod fuit anno Domini millesimo centesimo vigesimo octavo mense Novemb. et eam manibus Rothomagensis archiepisc. et episcoporum atque abbatum Normanniæ sub excommunicatione confirmandam tradidi, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium super hiis omnibus quæ hac præsenti charta mea, cum consensu donatorum et successorum suorum confirmavi, temere perturbare, aut ejus possessiones auferre ; sed volo firmiterque præcipio ut supra scripta omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt et donata, usibus omnimodis profutura. Si quis vero in futurum hanc nostræ confirmationis paginam sciens eam infringere presumserit, auctoritate Dei omnipotentis, et Rothomagensis archiepiscopi et suffraganeorum suorum se noverit excommunicatum. t. Goeffredo Rothomag. archiepiscopo et omnibus suffraganeis suis, Willelmo comite Pontivi, Nigello de Aubigneio, Roberto de Grentemaisnil, Roberto Geroiano de sancto Serenico, Patricio de Cahorcis, Goel de Jureio, Willelmo de Saeio, Willelmo Bigot, Galterio de Vernone, Roberto regis filio, et aliis multis.